



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatus  
Tres spirituales**

**Arias, Francisco**

**Coloniæ Agrippinæ, 1603**

Cap. 29. De mortificando abusu detegendi arcana.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

DE MORTIF. VOLVNT. 517

*nō prafumāt quia nō est difcipul<sup>us</sup> fuper Matt. 23.  
magiftrū. nec feruus fuper Dominū fuū.*

CAPVT XXIX.

*De mortificando abufu detegen-  
di arcana.*

**A**LIVS lingue abufus eft, pateface-  
te arcana, vel que in secreto audi-  
ta fūt, vel certè filentiū poftulant, non  
quidē quādo eū zelo caritatis patefa-  
cta fūt ei, qui malo mederi poteft, aut  
zelo iuftitiæ ei, cui ratione iurifdictio-  
nis incūbit illa cognofcere, fed alijs qui  
bus neutra conditio ineft; idq; facere,  
nō alia de caufa, quā quia ita collibuit,  
aut vt gratia aliqua apud audientes in-  
catur; hic enim abufus corrigendus  
eft, & ftudio mortificationis tollendus.

Erunt quidam in hoc genere tam-  
lene, vt quoties in secreto alicuius no-  
titiā venēre, cōrinere fe nequeāt, quin  
confefsim illud prodant fuis amicis,  
imò cupidi funt talium rerū expilcan-  
darū, tantū vt alijs poftea cōmemo-  
rēt, ac deniq; faciunt cum magno au-  
ditorū offēdiculo, dū fæpenumerò fit,  
vtprefentes adfint de quibus fermo in-  
fitur. Hi funt, inquit Scriptura fa-  
ctā, fimiles mulieri parturētī, que vbi  
hora

*Eccl. 19.*



hora partus aduenerit, non potest  
 parere: & infantibus, qui simulati  
 nati sunt non possunt se continere a  
 erimis, ac denique cani sagitta cōtinu  
 qui quiescere nequit, nisi sagitta extra  
 sit. Sic illi non antè quietem capere  
 possunt, quàm arcanum suum in alie  
 rum sinum effuderint. Et sæpè cupi  
 ditate multa effutiendi cōseruntur  
 vt non solum vīsa & audita narrent,  
 sed etiam quæ de alijs suspicantur &  
 imaginantur, licet reuera ignorent  
 facta esse. Atque hi sanè silentij anti  
 doto prorsus indigent, ad superandam  
 nimiam loquacitatem, & opus habent  
 audire illud Spiritus sancti dictum.  
*Audisti verbum aduersus proximum  
 tuum, commoriatur in te, fideus qui  
 niam non te dirumpet.* Loquitur autē  
 de verbo arcano ex cuius diuulgatio  
 ne nullus sequitur fructus: nam si pa  
 tet fiat ei, de quo dictum, non sequitur  
 nisi contristatio, si autem alteri, sequi  
 tur infamatio. Vnde B. BASILIUS anno  
 tauit, naturam, hoc est, Deum naturam  
 auctorem binas aures quidem, sed  
 linguam tantum vnam dedisse, vt in  
 telligeremus non omnia quæ audire

*Eccli. 19.*

*de vera  
 virgin.*



DE MORTIF. VOLVNT 519

ur, esse enucianda, sed quædam, vt  
sunt arcana, tegenda silentio. *Qui de Eccl. 27.*  
*nudas, inquit scriptura, arcana amici,*  
*fidem perdit, id est, fidelitatem, quam*  
*debet Deo & hominibus.*

CAPVT XXX.

*De alijs lingue abusibus, vt mendacio*  
*rum & fictionum, corrigendis & mortifi-*  
*candis.*

**M**ULTI eorum, qui Deo seruire  
ceperunt, operam quidem  
collocant in cauendis menda-  
cijs proximo perniciosis, sed non in ca-  
uendis iocosis, minus autem in ijs,  
quæ profunt alicui, vel damnum tol-  
lunt, imò non desunt, qui arbitrentur  
se non peccare, si vtiliter mentiantur.  
Hæc praua affectio singulari cura mor-  
tificanda est, nullum præstando locum  
mendacio siue iocoso, siue fructuoso.  
Certissimum enim est quodeunque  
mendacium veri nominis esse pee-  
ratum, quo Deus offendatur: ac pro-  
inde neque ad liberandum aliquem  
à morte